

huius adeo corrupti conditione pariter, ac de emendatione illius sobrie instituenda, sine dubio ante erit informandus homo, quam ad debitum sanctitatis excolendae studium incitetur. Quo factum est, ut PRIMO HVIVS PARTIS CAPITE tractationem instituerit b. AVCTOR, *de statu hominis morali corrupto*: ALTERO autem, *de statu hominis morali emendato*: TERTIO denique, *de sanctitate christiana*. PRIMO quidem CAPITE in omnes status morales corruptelas adeo sollicite inquisiuit, ut status moralis, et seruitutis, et securitatis, nec non dominium peccati, eiusque consectaria, quibus omnibus status moralis magis magisque deprauatur, accurate innotescerent. Vnde naturam hominis maxime corruptam, cui gratia opponitur, nec non carnem, fontem corruptelarum omnium, cui spiritum Scriptura sacra opponit, prolixè delineatam dedit. Quia carnis corruptela cognita, quae omnes
animae